

IOANNIS STEPHANI

D V R A N T E
S E C R E T I O R I S
REGII CONSISTORII.
C O N S I L I A R I I A M P L I S.

S E N A T E S . — T H O M O S A N A

Primi Praefidis,

D E R I T I B V S E C C L E S I A E
C A T H O L I C A E,

L I B R I P R E S 141.718

Recens in lucem editi,

Nuncque primum in Germania editi & aucti, quæ in editione
Romana irreperiantur, & hoc enim recensint.

Quod ad Indices attinet, sequentem vide paginam.



L Y G D E N I,
S V M P T I B V S PETRI LANDR Y.

M. D. XCVIII.

Cum Privilegio Regis.

REVERENDIS-
SIMO ET ILLVSTRIS-
SIMO DOMINO D. OCTAVIO
EPISCOPO CALATINO, SEDIS APO-
stolicæ ad inferiorem Germaniam nuncio, cum potesta-
te Legati à latere, Domino suo obscuruandissimo.



V m multa sint, Reue-
rendissime atque Illu-
strissime Domine, quæ
Remp. Christianā hoc
tēpore perturbant; tum
nullum est hæresi ma-
lum exitiālius aut no-
centius. Nam cetera quidem, bellum, pestis,
sterilitas agrorum, & quæ hinc sequitur, an-
nonæ caritas, præterquam quod corpori tā-
tūm & fortunis, rebūisque externis noceant,
tum fere intra certos vnius ciuitatis aut pro-
uinciæ terminos se continent. Hæresis ani-
mabus exitium affert sempiternum, ac mi-
ra velocitate venenum latissimè transfun-
dit in Rempubl. adeo ut vnius heretici fra-
ude breui temporis spatio non ciuitates mo-
do singulas infectas ; sed integras provin-
cias florētissimāque regia perdita & euersa



IOANNIS STEPHANI
DVRANTI DE RITIBVS
ECCLESIAE CATHO-

L I C E,

LIBER PRIMVS.

DE VARIIS ÆDIVUM SACRA-
RVM NOMINIBVS,
CAPVT PRIMVM.

- 1 *Ædium sacrarum nomina oēto explicantur.*
- 2 *Ecclesia quandoq[ue] pro æde sacra ponitur.*
- 3 *Kupiæx[us] quid sit.*
- 4 *Dominicum, siue kupianòs, male à quibusdam ab Æde sacra secessit.*
- 5 *Dominicum nonnunquam pro Missa sumitur.*
- 6 *Templa unde dicta: & varia huius nominis acceptio.*
- 7 *Tempium & Ecclesia veteribus idem sunt.*
- 8 *Templi & sacerdotis nomina cur apud antiquos Christianos non valde in usu.*
- 9 *Basilica quid, & unde dicta.*
- 10 *Domus DEI non raro Ecclesiam significat.*
- 11 *Martyrium Græcis est, quod latinis confessio: & virumque pro Ecclesia sumitur.*
- 12 *Confessores qui nam propriè dicantur.*
- 13 *Oratorium.*
- 14 *Tabernaculum.*
- 15 *Ecclesia portatilis.*

A EDIVM sacrarum varia existant nomina. Primum † ædes sacra Ecclesia nūcupatur. Εκκλησία Græcè concionem significat: quod ex variis locis Demosth. Thucid. Arist. Isocra. & Aristoph.